

www.e-rara.ch

Disputatio de testamentis

Burckhardt, Jacob

Basileae, [1623]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-19519>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

29.
DISPUTATIO
DE
TESTAMENTIS.

QVAM

D. T. O. M. A. & F.

*Ex permissu & consensu Magnifici, Nobilissimi
& Amplissimi Jurisconsultorum Collegii
in celeberrima Rauracorum
Academia,*

PRÆSIDE

VIRO Amplissimo, Consultissimo,
Clarissimoq;

D. D. IACOBO BURCKHARDO,
Oratoriæ Professore celeberrimo,

*Publicè
discutiendam proponit*

PELLIZZARIUS de PELLIZZARIIS
Clavennâ-Rhætus,

Die 4 Junii, Anno MDCCCXXIII.

Horis locq;, consuetis.

~~~~~

BASILEÆ,

Typis IOAN. IACOBI GENATHIL.



Catalog

*ILLVSTRIBVS, MAGNIFICIS,  
Nobilissimis, multarumq; rerum usu  
atq; experientiâ Præstantis-  
simis Viris,*

D. ODOARDO PARAVICINO  
de CAPELLIS, Avunculo suo plurimum  
colendo:

D. IOH. ANTONIO PESTALOZZIO,  
Amitino suo æterno cultu prosequendo:

*Nec non  
FRATRIBVS meis germanis & natu majoribus  
optatissimis,*

D. CLAVDIO  
& } de PELLIZZARIIS:  
D. ALEXANDRO }

*Hanc  
DE TESTAMENTIS  
Disputationem*

In  
Studiorum testimonium,  
Observantiæ monumentum, &  
Gratitudinis tesseram

D. D. D.

PELLIZZARIVS de PELLIZZARIIS,  
Clavennâ-Rhærus, A. & R.



VANTVM hæc Testamentorum materia præ cæteris omnibus utilitate & subtilitate excellat; nemo est qui nesciat. Quotidie enim & in Scholis, & in Foro super ultimis defunctorum voluntatibus variæ quæstiones versantur. Inter quas cum præsens hæc Testamentorū materia primum locum obtineat, operæ pretium me facturum existimavi, si hanc ipsam materiam publicè discutiendam proponerem.

# I.

Testamentum igitur, quod à testatione mentis dicitur, *in princ. Instit. de testam.* est voluntatis nostræ justa sententia, *justa, i. e. legibus consentanea, Treutl. volum. 2. disp. 10. thes. 1. lit. c. cum heredis scil. institutione, sine qua testamentum non valet, l. heres palam. D. de adimen. legat. & aliis solemnitatibus requisitis.* de eo quod quis post mortem suam fieri vult, *de eo, h. e. de omni seu de*

*Intestamento  
in quo nullæ  
Solemnitates.*

*iis omnibus, quæ post mortem suam fieri  
vult. Nam oratio indefinita debet sumi pro  
universali, si ita relictum. 43. D. de legat. 2.  
ut testamentum distinguatur ab aliis ulti-  
mis voluntatibus. Pacius h. in Analyssi.*

## I I.

Testamentorum genera olim varia fue-  
runt, hodie tamē commodē distribuuntur  
in solemne & minùs solemne. Solemne  
est, quod formam civilem perfectamque  
habet; quod iterum dividere libet in testa-  
mentum in scriptis & testamentum nun-  
cupativum. Nam & hoc solemnitatibus  
suis non carere infra dicemus. Minùs so-  
lemne, cui ea forma deest, ut est testamen-  
tum militis, testamentum inter liberos, ad  
pias causas, tempore pestis, rustici, &c: *We-  
semb. in Parat. D. h. t. n. 7.*

## I I I.

Testamenti originem quod attinet, est  
illa juris gentium, *Theophilus in §. i. Inst. de  
jure Nat. Gent. & Civil.* Forma verò seu  
solemnitates in eo requisitæ sunt inventæ  
à jure Civili & Prætorio.

## I V. Te-

*princ.* Et hæc de forma Testamenti in scriptis.

X.

Nuncupativum autem testamentum ut ritè fiat, præter requisitum primum, secundum, tertium, quartum & ultimum testamenti in scriptis requiritur, ut coram his testibus testator hæredem nuncupet, & coram his testibus palàm voluntatem suam declaret *§. ult. Instit. h. t. d. l. hac consultissima 21. C. eod. d. l. hæres palam 21. D. qui testam. fac. poss.*

XI.

Quod testamentum militare concernit, nullas illud solemnitates, nullam certam formam desiderat, sed testatur miles quomodo vult & quomodo potest, *in pr. Instit. de milit. testam.* ita tamè, ut si illud sine scriptura factum sit, duo ad minimum testes probationis ergò adhibeantur *§. 1. Instit. d. t. l. Lucius 40. D. de testam. milit.* nam scriptum manu militis absque testibus sufficit, *l. milites 15. C. eodem.* Et hoc testandi privilegium etià nostri temporis militibus com-

petere rationis est, *vide Gædd. de contr. stipul. cap. 7. conclus. 17.*

### X I I.

Testamentum inter liberos siue scriptum siue nuncupativum duos saltem testes requirit, *arg. l. ult. C. famil. ercisc. & l. hac consultissima. § ex imperfecto. ibiq; Dd. C. de testament. Clarus lib. 3. sentent. § testamentum. quest. 8. n. 2. & 4. Geil. lib. 2. observat. 112. n. 1. 4. 5. & 6.* Quod si testamentum pater manu propria conscribat, valet illud etiam absq; testibus, *d. l. ult. C. fam. ercisc. Novet. 107. c. 1. hancq; sententiam tenet Harppr. ad §. 3. & 4. Inst. de testam. n. 51. & aliquot seqq.*

### X I I I.

Eadem ratione in testamēto ad pias causas facto duo testes cujuscunque sexus sufficiunt, *cap. relatum 11. extr. de testam.*

### X I V.

De testamento tempore pestis condito major est controversia, quot testes in eo requirantur? Nos eorum sententiam approbamus, qui putant, in hoc testamento septe-

ptenarium testium numerū remissum non esse, quamvis non opus sit, ut omnes simul jungantur, & coram eis testamentum publicetur, & ab eis vel subscribatur simul, vel audiat, sed sufficiet, si separatim testes singuli adhibiti fuerint, *l. casus 8. C. de testam. Fachin. lib. 5. controvers. juris, cap. 92. Harppr. d. §. 3. & 4. Inst. de testam. ordinand. n. 36. & aliquot seqq.*

X V.

Concessum est etiā rusticis coram quinque testibus voluntatem suam declarare, si eo in loco plures testes haberi non possint, *l. fin. C. de testam.*

X V I.

Testes autem in testamento omnes esse queunt qui expressè non prohibentur, *l. 1. in princ. D. de testibus.* Prohibentur autem  
I. Mulieres. *l. qui testam. §. mulier. D. eodem.*  
II. Impuberes, i. e. minores quatuordecim annis. *§. testes. & d. l. qui testam. in princ. l. in viti 2. l. 3. §. lege Julia. D. de testib.* III. Servi, *d. l. qui testamento. §. servus. d. §. testes.*  
IV. Furiosi, *d. l. qui testamento. §. nec furio-*

*sus, nisi habeat dilucida intervalla. d. s. nec furiosus. V. Muti & surdi, l. is cui 18. in princ. D. qui testam. fac. poss. VI. Prodigii, quibus bonorum administratio interdicta est, § testes. Inst. de testam. l. is cui. D. eodem. VII. Et ii, quos leges jubent improbos esse & intestabiles, d. s. testes. ut sunt damnati ob carmen famosum. l. is cui § 1. D. de testam.*

### XVII.

Præterea testes esse nequeunt hæredes in ipso testamento instituti; nec qui ratione potestatis sunt conjuncti, & domestici vel testatoris, vel hæredis filius aut pater; item nec fratres, &c. § in testibus. § s. seq. Instit. de testam. l. qui testam. § 1. § 2. D. qui testament. fac. poss. l. 9. D. de testibus. cum domesticum testimonium in testamentis reprobatur sit. d. s. in testibus. l. 2. C. de testibus. cap. in literis. extr. de testibus.

### XVIII.

Testes autem esse possunt, & qui sermonem testatoris non intelligunt, d. l. qui testamento § penult. & legatarii vel particulares

res fideicommissarii, *l. dictantibus. in fin. de  
testam. l. si quis ita. l. 14. D. de rebus dubiis.*  
In uno eodemq; testamento pater & filius;  
similiter duo fratres & plures etiam de una  
domo quantumque conjuncti possunt si-  
mul adhiberi testes in testamento extranei.  
*l. pater & filius. D. de testibus. l. ad tertium.*  
*in princ. D. eodem.*

### X I X.

Finis & effectus Testamenti est, ut quod  
testator post mortem de bonis suis fieri ve-  
lit, certò constet, eaque voluntas tanquam  
lex aliqua conservetur. Nihil enim est, quod  
magis hominibus debeatur, quàm ut in su-  
premis voluntatibus, postquam jam aliud  
velle non possunt, liber sit stylus, & licitum,  
quod iterum non redit, arbitrium, ut

*eleganter loquitur Constantinus*

*Imp. in l. 1. C. de S. S. Ec-  
clesiis.*

DEO SOLI GLORIA.



ACCLAMATIO GRATVLATORIA

AD

JUVENEM VIRUM candidâ virtute, & nobilitate  
ingenuâ præstantem,

D. PELLIZZARIVM de PELLIZZARIIS  
Clavennâ-Rhætum.

**L** *Ar s est insignis defendere dogmata Juris  
Sacrati; ut laudem tu quoq. nunc capias;  
Defendas justa, & convellas dogmata falsa,  
De Testamentis differe pro modulo  
Ingenii & genii præstantis; bellica Pallas  
Magnificam ut laudem conferat ipsa tibi,  
Splendeat ut tua nobilitas, quam propria virtus  
Facta q. Majorum, tum Charitum peperit.  
Pieridumq. favor Musarum Glaucoꝑis atq.;  
Pindi igitur scandas culmina forti animo,  
Et nunc armisoni funesta pericula Martis  
Herculeo vincas pectore, & intrepido  
Libethrides Pallasq. Panomphaus Deus adsit,  
Sæva ut dispellas telaq. sanguinea,  
Victor ut evadas letum celebrentq. triumphum  
Aegisona, & virgo Sicelidumq. cohors.  
Hoc precor ex animo. quoq. Nestoreos precor annos,  
Fortiter, & pugnes. fortiter, ut superes.  
Et quia Dadaleo non vibrat flumine vena,  
Carmina, quæ tenui gutture cantat Amor,  
Dextro suscipias animo, Deus Omnipotens te  
Incolumem servet, tum studiis faveat.*

Amoris & boni omnis ergò f.

PAVLVS PARAVICINVS de CAPELLIS  
Cognato suo & amico singulari.

AD

AD EVNDEM.

**C**OMPTVS Pieridum benè, hem  
Cognatus studiis Aonias probè,  
Cum, sadore dies terens,  
Insomnes quoq; traduxerit impiger  
Noctes. Aonias tenet;

Dulci nectare quem Nympha potaverat  
Lymphâ, quæq; suâ. Decus

O nostri generis tu PELLIZARIE,  
Quem virtus utero matris

Dudum exceperat, isthanc itidem probè  
Juvit scisse, juvat quoq;

Iustum ac jura tueri, at iniquumq;  
Protelare, Decus meum.

Fœcundus boivrus haud, nî fuerit quoq;  
Præliq; humida separans

Robur quod validum comprimat, exprimat,  
Inquam, haud corda, hiantibus,

Siccis letificat faucibus, arida:  
Ast cùm gutture funditur,

Fœcundus recreat languida viribus.  
PELLIZARIE sicceq;

Uvarum ingenii fertileq; hætenus  
Latè fusum animi merum;

Compressoq; animo, nuncq; fruârefus.  
Faxit cœlicola, ætheris,

Et terra Dominus, tùm tibi, tùm omnibus  
Fiat quò hicce salutifer,

Toto corde precor, ludus olympicus.

Cognato suo amantissimo honoris gratiâ apposuit

FELLOSIUS MARLIANICVS  
Vultur: Sondricus.

AL NOBILE, MAGNIFICO,  
E VIRTUOSO GIOVENE,  
IL SIGNOR  
PELLIZZARI DE PELLIZZARI,  
GRIGIONE.

Cugino mio sempre offer.mo

**P**ELLIZZARI, le tante tue ricchezze,  
Che lo Spagnuol r'innuola, è per Dio lasci,  
Come cosa volubil bassa è frate,  
Spronaro, à maggior gloria & à grandezza  
Maggiori, l'alma tua, onde ne passi,  
A la virtù, che l'huom face immortale.  
Pochi compagni haurai, ma segui è sale  
Gentile spirto il diletteuol monte  
Incominciato, che 'n cima al suo fronte,  
Vi trouerai, sì ricco è ameno piano,  
Che di gioie empieratti ambe le mano.  
Gia senti al disputar l'eterno Gione,  
Quanto sopra di te sua gratia pione.

In dimostrazione dela sincera amicitia, seruita è parentade  
D.

VINCENTIO PEVERELLO.

F I N I S.



#### IV.

Testamenti causa efficiens est voluntas Testatoris; nec enim ab alio pendere arbitrio, imò ne quidem ad alterius interrogationem fieri potest. *l. illa institutio. D. de hered. instit.*

#### V.

Non tamen omnes testamentum facere possunt; quidam enim propterea testamentum facere non possunt, quia sunt in aliena potestate, ut sunt filii fam. quos nec de iis bonis adventitiis, in quibus ususfructus nō ad patrem, sed ad ipsum filium spectat, testamentum facere posse asserimus: tales sunt etiam servi, item capti ab hostibus, *l. si filius fam. 19. D. h. t. §. fin. Inst. quibus non est permisso. fac. testam.* quamvis hi propterea etiam testari prohibeantur, quia testamentifactio est juris Civilis & publici, *l. 3. D. qui testam. fac. poss.* cujus servi non sunt participes, *l. quod attinet. 32. D. de R. Iuris.*

*Nov. 117. c. 1.  
§ 1. 1188. autem  
ut quoque modo  
disponeret  
de dispo. in  
suis non lin  
potest. Dispo.  
l. 8. §. 5. v. filij  
autem. C. de  
bon. §. libere*

#### VI.

Quidam testari prohibentur propter defectum iudicii, ut sunt impuberes, furiosi,

mente capti, prodigi, &c: §. *præterea. cum*  
*seq. Instit. quibus non est permiff. fac. testam.*  
quidam ob morbum, ut sunt furdi, muti,  
qui tamen ex certis causis juxta formam  
à Iustiniano præscriptam testari possunt,  
*l. discretis. 10. C. qui testam. fac. poss.* Cæci etiã  
testamētum facere non possunt, nisi secun-  
dum observationem, à Iustin. introductã,  
*l. hac consultissima. 8. C. d. tit. §. cæcus. Instit.*  
*eodem.*

## V I I.

Nonnulli propter pœnam, ut passim maxi-  
mam & mediam capitis diminutionem, ut  
sunt damnati ad bestias vel in metallum,  
item deportati, *l. eius 8. §. 2. C. ult. d. h. t.* Item  
lege intestabiles, ut damnati ob carmen fa-  
mosum, *l. is cui 18. §. fin. D. h. t.* & heretici. *l. 4.*  
*§. 5. C. de heret.*

## I I X.

Materia in qua scribitur testamentum,  
nihil refert cujuscunq; sit, §. 12. *Instit. de testam.*  
de omnibus autem suis rebus testari quis  
potest: legare etiam res non modò suas, sed  
etiam hæredis aut prorsus alienas, §. *non so-*  
*lum.*

*lūm. Inst. de legat. l. cum aliena 10. C. eodem.*  
attamen hæredem instituere in realiena ne-  
quit, cūm hæreditas sit jus, non potest testa-  
tor plus in alium transferre, quā ipse ha-  
beat *l. nemo 55. D. de R. l. W esemb. in parat.*  
*D. h. t. n. 9.*

I X.

Quod formam attinet, ea pro varietate  
testamētorum varia est; nam in testamen-  
to in scriptis præter hæredis institutionem,  
quæ totius actus basis & fundamētum est,  
*§. ante 34. Inst. de legat.* requiruntur etiam

I. Numerus septem testium. *§. sed cūm paula-*  
*latim. Instit. de testam. l. hac consultissima. 21.*

*C. eodem. ut ita omnis fraus, quæ per pau-*  
*ciores facilius evenire potest, evitetur, & ut*  
*per ampliores homines perfectissima veritas*  
*reveletur. l. ult. C. de fideicommiss.* II. Ut

testes ad hoc sint specialiter vocati, nec ca-  
su advenerint, *§. sed cūm paulatim. Inst. de*  
*testam. d. l. hac consultiss.* *C. eodem.* III. Ne

detineantur inviti, *l. qui testam. 20. §. ult. D.*  
*qui testament. fac. poss.* IV. Ipsique sint in

præsentia testatoris, & eum videant, *l. si non*

*spe-*

*113. v. 22*  
*o.*

*speciali. 9. § l. si unus. 12. C. de testam. §. 3. Inst. eodem. V. Vt voluntas testatoris in scripturam redigatur, d. l. hac consultissima. l. jubemus. VI. Eamque testator ostendat testibus, & dicat, in ea contineri suam ultimam voluntatem, sive illud esse suum testamentum, d. l. hac consultissima. VII. Si testator scribere potest, aut ipse totum testamentum scribat, & se hoc fecisse eadem scripturâ contestetur; sin verò literas ignorat, aliquem præter septem testes adhibeat ipsius testatoris nomine subscripturum. d. l. hac consultissima. § l. cum antiquitas 28. §. cum autem. C. eodem. VIII. Singuli testes subscribant & obsignent testamentum propriis vel alienis annulis, si proprios non habent, d. §. sed cum paulatim. § possunt. Instit. de testam. d. l. si unus 12. C. eodem. l. ad testium 22. D. qui testament. fac. poss. IX. & ultimò, hæc omnia fiant uno contextu, i. e. nullo actu extrinseco interjecto, d. §. sed cum paulatim. d. l. heres palam. § ult. nisi forte actus ad naturæ necessitatem intervenerit, d. l. cum antiquitas. in princ.*